uirtutum ascensu dicimus; nigra sum et spe
ciosa filia hierusalem. Exiui de domo
infantiae meae; oblitus sum patris mei
renascor in xpo. quid pro hoc mercedis accipio. r
sequitur. et concupiscet rex decorem tuum;
Hoc ergo illud magnum est sacramentum; propter
hoc relinquet homo patrem et matrem et ad
herebit uxori suae et erunt ambo, sed iam non
ut ibi in una carne sed in spiritu. Non est
sponsus tuus arrogans, non superbus; aethio
pissam duxit uxorem; statim ut uolue
ris sapientiam ueri audire salomonis
et ad eum ueneris. confitebitur tibi cunc
ta quae nouit. et inducet te rex in cubi
culum suum. et mirum in modum colore mu
tato sermo tibi ille conueniet; quae
est ista quae ascendit dealbata. r
Haec idcirco mihi domina mi eustochi
dominam quippe debeo uocare sponsam
domini mei. ut ex ipso principio lectionis
agnosceres. Non me nunc laudem
uirginitatis esse dicturum quam probasti
optimam et consecuta es. Nec enume
raturum molestias nuptiarum quomo
do intumescat uterus infans uagiat
t pelex cruciet felix domus cura sollicitet
et omnia quae putantur bona mors extre
ma praecidat. Habent enim et maritatae
ordinem suum. honorabiles nuptiae
et cubile inmaculatum. sed ut intel
legeres tibi exeunti de sodoma ti
mendum esse loth uxoris exemplum.
Nulla est in hoc libello adulatio.

Adulator quippe blandus inimicus est.
Nulla erit rethorici pompa sermonis
quae te iam inter angelos statuat
et beatitudine uirginitatis exposita
mundum subiciat pedibus tuis.
Nolo tibi uenire superbiam de proposito sed timorem;
Onusta incedis auro latro uitandus est.
Stadium est haec uita mortalibus; hic con
tendimus ut alibi coronemur.
Nemo inter serpentes et scorpiones securus
ingreditur; Et inebriatus est inquit dominus
gladius meus in caelo: et tu pacem arbi
traris in terra quae tribulos generat
et spinas quae serpens comedit. r
Non est nobis conluctatio aduersus carnem et
sanguinem. sed aduersus principatus et
potestates huius mundi et harum tene
brarum. aduersus spiritalia nequitiae in cae
lestibus; magnis inimicorum circumdamur
agminibus; hostium plena sunt omnia.
Caro fragilis et cinis futura post modicum
pugnat sola cum pluribus; Cum autem fuerit
dissoluta et uenerit princeps mundi istius et
inuenerit in ea nihil tunc secura audies
prophetam. Non timebis a timore noc
turno et a sagitta uolante per diem ante
gotio perambulante in tenebris ab incur
su et daemonio meridiano. Cadent a la
tere tuo mille et decem milia a dextris tuis
ad te autem non adpropinquabit; Quod si eorum
temulentudo turbauerit. et ad singu
la incitamenta uitiorum coeperit aestuare
et dixerit tibi cogitatio tua quid faciemus. r

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0358